Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Concede qs omnipotens deus. ut qui solennitate domi spus scti colimus celestibus desi deriis accensi fonte unitatis sitiamus dnm nstm ihm xpm. qui tecum. Omnipotens sempiterne deus Oro. ut qui pascale sacramentum quinquagesimate dierum noluisti mistico continere. pta. ut gencium facta dispersio omnium sione linguarum ad unitatem confessionis tui nominis celesti munere congregetur. Per dnm. in unitate eiusdem. Oro. Deus qui sacramento festi uitatis hodierne unum ecclesiam tuam omnium gentes et nacones sctificas in totam mundi latitudinem spus tui dona effundere. Per. Finitis lectionib; descendendum est ad fontem cum sacerdote chrismate et oleo sancto et cetis cum reuerencia cantando letaniam quam Romanus ordo nominam appellat. Rex sctorum an. Interim autem pontifex seu presbiter cum ministris sicut in pasca facta est series circuit fontem baptismi. finita letania consecretur fons baptismatis sic in uigilia pasce et baptizentur infantes primum masculi deinde feminae. baptizatis autem duobus uel trib; uel quotquot sacerdoti placuerit incipiat trina letania hoc modo. Kyrie el'. et sic chorus ingrediant in ponendum est in hac solennitate. Paduentum spus pacifici. Liba nos domine. cum autem dixerit. Agnus dei. dicat diaconus excelsa uoce. Accedite. tunc cantores imponant Kyrie el'. pascale. Tunc illuminentur omnis cereri in cophino cum. finito Kyrie el'. pontifex seu presbiter dicat. Gloria in excel. et campane tangantur ad missam. Oro. Deus qs omnipotens deus. ut clarifitatis tue sup nos splendor effulgeat. ut lux tue lucis cordia eorum. qui per gratiam tuam renati sunt scti spus illustrando confirmet. Per. et'. L. Actum ap. In diebus illis. Cum apollo esset corinthi. et paulus pagratis superioribus partib; uenisset epheseum. et inuenisset quosdam discipulos dixit ad eos. Si spiritum sctm accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spus sctus est audiuimus? Ille uero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. iohis baptismate. Dixit autem paulus. Iohes baptizauit baptismo penitencie populum dicens in eum. qui uenturus est post eum ut crederent hoc est in ihm. hys auditis baptizati sunt in nomine dni ihu. Et cum imposuisset illis manus paulus uenit super eos spus sctus. et loquebantur lingus et prophetabant. Erant autem omnes uiri fere duodecim. Introiens autem synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses. disputans et suadens de regno dei. Statim post epistolam canit' Alla. Confitemini.

et no repetit